



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

19. Aprilis. Nec quantavis in pecuniæ difficultate sumptui ulli parcendum,
ne quid decumbentium cura desideret. S. Ignat. apud Nolar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

est consilio, nisi malo tuo capere velis experientiam. Carò emitur, quæ per proprios errores obtinetur, scientia. Satiùs est interrogare, quàm errare.

Non omnes humeri ferendis iisdem oneribus sunt apti. Obruuntur facilè, nisi exploratæ sint vires; priusquam iis onus imponatur. Aliud est de rei bonitate, aliud de illius pro te utilitate, iudicium.

19. Aprilis.

Nec quantavis in pecunia difficultate sumptui ulli parcendum, ne quid decumbentium cura desideret. S. Ignat. apud Nolar.

Non debet timeri defectus facultatum, quæ in ægros impenduntur, redibunt cum sænore: dum pascitur æger, pascitur Dominus: quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc qui parcè seminat, parcè & metet.

Viva Spiritûs Sancti templa ruinæ proxima fulcire, ne corruant, majoris est meriti, quàm aras instaurare. Hæ, si ruant, erigi poterunt; ægri vita semel perditâ non revocabitur.

Non facilè dici potest, quantum inter corporis languores animi crescat infirmitas

tas dum æger spe destitutum se videt, & plici sic premitur malo, morbi uno, in mentia tuæ altero, qui eum, quem potimò debes, non consolaris.

Nec est immisericordia major, qui eum deserere, qui se juvare non potest. se, suaque Deo dedit, meretur ibi non esse, ubi summa est necessitas.

20. Aprilis.

Nec tantum è coeli, siderumque aspectu etiam tenuis herbula, rei que cuiuslibet tenuissima conspectu confestim in Deum amorem novit evolare, qui Deum novit.
S. Ignat. apud Maff. l. 3. c. 1.

UT ignis nativo impetu sursum fertur, ita monitore nullo, nec Duce, scalis cor eget, quod Deum amat, ut eluctetur; tacitis eò vinculis ita potenter trahitur, ut anima plus illic se esse, quam ubi animat, omninò experiatur.

Perspicaces sunt amoris oculi, nec color tantum extimum, nec colorem attendit: rimatur acutiùs, medullam intrat, & è re creata ducitur ad creatorem. Ubi amor, ibi oculi, seu corporis, & mentis.